



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa

Jansen, Leonard

Coloniæ Agrippinæ, 1725

Ad Lectorem amicum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39911



Ad Lectorem amicum.



Ecce habes amice Lector totam Theologiam Moralem per Casus non fictos aut Metaphysicos, sed practicos expositam, idque stylo simplici & claro, methodo tam docentibus quam discentibus persacili, præmissis enim explicatisque principiis generalibus subjungitur practica eorundem ad Casus particulares applicatio, insertis suo loco Propositionibus à sacrâ Sede condemnatis, ut doctrinam sanam ab erroneâ & noxiâ facilius secernere valeas: nolim esse prolixior, ne opus ad nauseam Lectoris excresceret; nec æquo brevior, ne vel obscuritas sensum everteret, vel deesset quod scientia avidior desiderare posset: si erraverit stylus, benevolentiam connivebis; si typus, menda silendo corriges; si autoritas allegata fuerit prolixior, utique non improbabis, nam studio fuit quesita, moralis enim doctrina non proprio, sed alieno comprobanda erat testimonio. Vale & fruiere.